 do papa dicitur confirmari debet quoniam ex parte
 mea ligandi atque soluendi potestatem habet
 rationeque michi facturum toto meo celesti ex-
 ercitu audiente. Ego ille idem sum qui secundum
 scripturam moysi nomen meum suscitanti respon-
 di dicens. Ego sum qui sum. Deinde dum in
 placuit corpus humanum accipere de uirgine. Ego
 etiam sic corporali ore loquebar in mundo affir-
 mans me non uenisse legem soluere sed adum-
 plere. Ita et modo dico hanc regulam esse nullius
 hominis sensu dictatam fuisse quam in spiritu audis-
 ti per papam confirmari debere sicut alias regu-
 las que ex humano sensu prius opposite fuerant
 eodem spiritu inspirante. Deinde regula confir-
 mata concedat papa ipsam incipere uolentibus
 personis de aliis religionibus que regulam suam
 cum diuina caritate tenuerant et uitam regule
 secum assumere que usque ad mortem se cum
 eis promittunt permansuras non tamen plures
 quam ipsis placuerit nec alias nisi quas suo colle-

monaf
 rine suad
 it .s. i. hu
 mentis
 stratis
 s consue
 eos dilec
 neam ma
 r se con
 ns super
 od occidit
 suggestio
 es prau
 abuntur
 y suarus
 seipfas
 bo eos
 bit eos
 sanguie

Xpus
 ala pre
 precipit

gio associare uoluerint acceptabūt. **A**dmittat
insup papa ut in loco qui tibi regulam audien
di demonstratus est monasteriuz construatur.
Ibi eni primū hec regula inchoanda est. Sumi
liter etiam licentiā det sororibz cantandi co
tidie horas nr̄is mee que eodem spū quo et
regula sunt complete. Ego aut h̄ audiens res
pondi. **O** incorp̄alis potentia o q̄ magna tua
humilitas est o uirtutū omniū cooperatoz / 7
ip̄a uirtus unus deus omnipotēs in tribz per
sonis ego om̄ia credo que credi p̄cipit sancta
ecclia ego etiam certissime scio q̄ nullus ita
indignus est q̄ ei denegetur m̄ia tua si cū ueā
humilitate 7 p̄fecta uoluntate emendandi 7
cōmissa misericordiam a te postulat. Ex gr̄a
igitur tua uoluntatem h̄o fatiendi tuaz uolun
tatem qm̄ diu uixero te testante tu scis q̄ si pos
sibile esset q̄ maius gaudiū maiorqz consolatio
ex hoc tibi proueniret q̄ ego quo ad corp̄ meū
omnes infirmitates scandala dolores pauper
tates 7 om̄s tribulationes 7 adhuc in ip̄a aīa
mea eterna sup̄p̄tia sustinerem. Istas aduer
sitates potius amplecterer qm̄ utrūqz ad cor
pus 7 animā eterna felicitatem ad hoc ut con
solatio tua minor esset. **O** dñe deus qui me
creasti 7 pretioso sanguine tuo redemisti si in
istis tribz. s. fide spe 7 caritate defectū aliq̄

habere me uideris, ppter magnā grām tuāz / tu
 eum supplere digneris. Tu es in intimo cordis
 mei sanguine / 7 intimus in anima mea / 7 q̄
 uis indigna persona sim uisitacione 7 solati
 one benedicti sp̄s tui tutele tamen tue magne
 potentie me totalit̄ cōmitto ut quodamqz
 tibi placuerit mecum fatias. Et q̄uis omniū
 uides cogitationes tui ex precepto aīe mee ad te
 loquit̄ lingua mea. O dignissime dñe mi x̄p̄
 x̄p̄ ego indigna p̄sona inter tuos fideles sui
 tores sum sicut minima fornicia inter forte
 camelos qui magnas sarcinas portant ad
 dñi sui comodum 7 honorem. Et quomō potit̄
 papa credere q̄ tu omniūz deus 7 dñs cui tali
 fornicia talia digneris facere. Aut quomodo
 regula ista ante sp̄ctum eius peruenit ~

Tercia Reuelatio

X pius
 loquens sponse dicit ei *Qz ip̄a laboret taliter*
q̄ dicta regula per dñm papam confirmetur.
 promittens grām 7 adiutorium omniūz intrā
 tibus istaz religionēz 7 augmentū patis et
 concordie in patria illa ubi aliquod monas
 terium istius religionis fundatus fuerit.

Quando uox que prius loquebatur respōdit
 dicens. Ego sine principio sum 7 sine fine.









et omnia secundum uoluntatem meam ordinavi et sic michi placuit omnia feci. Unde si quis interrogaret quare non prius creavi celum et terram et omnia que in eis sunt. Respondendum est quia sic fuit uoluntas mea. Similiter si quereretur quare non prius istam regulam dedit aut conformari eam uolui. Respondendum est quia sic uolui. Nonne dicit scriptura spiritus ubi uult spirat sic uere est. Ipse enim spirat diuersis modis ubi uult et quando uult ipsum tales sequuntur consolationes ut totum cor repentina repletur leticia que de nullis mercedibus seu corporalibus rebus cordi aduenit sed et spiritus gratia tunc inspirantis. Ergo si papa talia in corde suo senserit quando hanc regulam coram se legi audierit tunc intelligere poterit unde regula uenerit quam uere multi amici mei tamen clerici quam layci quorum corda caritate mea illuminavi credunt indubitanter ex me uenisse et cognoscant ea que tecum dignatus sum facere qui omnia creavi et hominem de inferno liberavi. Et si forte aliqui cum papa existentes ista credere non potuerint tunc uenient ad papam tres testes qui in eodem regno nati sunt quod et tu qui de te sciunt et quid tecum actum est plenius agnoscant uidelicet unus episcopus unus monachus unusque sacerdos. Istos tres tu omnes agnoscis. Consideret etiam papa quod

si aliquis multū aurū possideret q̄ ex hoc non minus fieret qd' de illo aliquib; plus daret n̄ esset iustum eis de illo non dare qui ad nichil aliud nisi ad honorē ⁊ aiarum salutem de eo aliquid postularent. Per hoc aurū intelligo autem quā habet papa ex parte mea ut confirmet hanc regulam. Ego qui dixi. Ego suz pastor bonus ego ip̄e om̄s suare eos uolo q̄ in eam intrauerint ab om̄ib; mortalib; inimicis custodiam. Et in omni regno seu tra aut ciuitate in quib; monasteria huius regule cum uicarij mei licentia constructa fuerint postq̄ consumatum fuit monasteriū quod p̄mū constitū angebit̄ ibi pax ⁊ concordia.

Tu igit̄ cui regula data est conare q̄ntum poteris ut ad papaz pueniat. Ego em̄ modo idem sum qui fui q̄n̄ discipulis meis mandaū in ciuitatem ire ⁊ asinū michi adducere tam hoc bene potuissē q̄ statim staret asinus coram me. Ita etiam hoc modo possē ut reglā in uno puēto ante papam ueniret ⁊ ip̄e cōfesti eam cōfirmaret. Sed hec iusticia est ut p̄ maiori corpis spūali labore rependat̄ aiē maior merces. Labora igitur tu ⁊ cooperare q̄ntum poteris. Ego aut̄ p̄ficiam dum michi placuerit.

Explicit Reuelatio Tercia. Laus tibi xp̄e.

Enarratio beate Brigide.

Beata brigida xpi sponsa narrat hic mirabilem modum qualiter dea regula istius religionis fuit ei tradita a benedicto ore xpi in monumento.      

Quis omnium rerum creator benedicto ore suo omnia istius regule uerba tam mirabiliter et tam breui tempore in indigne persone retulit quod alicui homini non hoc sufficit enarrare. Nec quidem est possibile alicui sine similitudine corporali comprehendere qualiter in breuissima hora tot uerba proferrari possent aut capi. Unde sicut si in aliquo uase res speciose diuerse et multe haberentur que dum de ipso uase simul effunderentur tunc ab hoc aliquo hoc uidente in uno momento una queque res ab alia discernere tantum etiam tempore res ille coram eo morarentur ut unam quamque per se in sinu suo colligere posset. Simili modo statim quando ihesu christi qui apparuit michi sua benedicta labia aperuit et loqui cepit. Confestim in breuissima hora omnes articuli istius regule cum omnibus uerbis que in eis continentur coram me erant non quasi in aliqua carta conscripta sed quali modo hoc fuit. Ille solus nouit a quo tanta mirabiliter audiebantur ex cuius mirifica uirtute comprehendere potuerunt et unumquodque ab altero a sensu meo discerni.

Tanto demq; tempore in illa uisione morabor
 donec omnia collegi in memorie mee sinu coo-
 pante xpi gra. Post hanc aut uisionē tantum
 erat cor meū feruore ⁊ iubilo plenuz qd nō pos-
 set in illud plus intrare si deberē amplius ui-
 uere sed rumperet̄ p̄regaudio. Sicut uesica ple-
 na nimis aliquo uento / sic utiq; cor meū erat
 per aliquos dies donec om̄s regule articulos
 et uerba que in eis continent̄ eundam uiro re-
 ligioso amico dei enarraui qui om̄ia q̄ citius
 conscripsit. Quib; plene conscriptis cor ⁊ cor-
 pus meū in naturalē dispositionē senserunt
 paulatim se redire. Laus et gloria sit omni-
 potenti deo. Amen.

Reuelatio quarta. tangēs
 beati papam Urbanum quintuz / qm̄ habuit
 beata brigida in Roma sup confirmatione
 Regule Saluatoris ⁊ sup indulgentis sc̄i
 Petri ad uincula a xpo concessis. monaste-
 rio beate Brigide.

Angelus dei loquit̄ ad beatam brigidam
 sponsam suam. Qui habet glomerati-
 onem filozū in qua est intus aurum
 optimū non desinit desilare donec inuene-
 rit aurū. Quo inuento utitur eo possessor.

ad honorē et comodū suū. ¶ Sic iste papa
urbanus quātus aurū est ductile ad bona
sed solitudinib; mundi uallatus est. Ideo
uade et dic ei ex parte mea. Tempus tuum
breue est surge et attende quomō anime tibi
cōmisse saluent. ¶ Ego obtuli tibi regulā
religionis que fundari et incipi debet in cas-
tro Watzstern in Suetia que de ore meo pro-
cessit. Nunc autē uolo ut non solū aucte tua
confirmet. sed etiam q̄ benedictione tua q̄
incarius meus es in terris robozetur. ¶ Ego
dictaui eam et dotaui spiritali dote. s. con-
cedendo indulgentias que sūt in ecclia ad Vin-
cula sancti petri in Roma. Tu approba ergo
coram hominib; qd̄ corā exercitu meo celesti
est sanctum. Si autē queris signū q̄ hec lo-
quor hoc iam ostendi tibi quia q̄n primū
audisti uerba anima tua in aduentu nūtij
mei spūaliter fuit consolata. Si autē ulterius
queris signūz dabit̄ tibi sed non sicut Ione
pphete. ¶ Tu autē sponsa mea cui dictaz regu-
lam feci si non poteris h̄re grām et litterā
pape et sigillū super concessione dicte indul-
gentie nisi precedente peccata sufficiat tibi be-
nedictio mea. ¶ Ego enī approbo et confirma-
bo uerbū meū. Et om̄s sancti erūt tibi tes-
tes. Mater mea sit tibi Sigillum. Pater mis

25
confirmator. Et sp̄s sc̄s aduentū ad tuum
monasterium consolator.

Reuelatio quinta de bene-
dictionib; ordinis virginis marie et beate
Bucide.

Ater dei ungo maria loquitur ad b̄am
brigidaz sic dicens. Omnis qui sedet
in sup̄ion sede uidebit lucē in meri-
die. Qui uero ad dexterā euigilabit mane de
sompno. Qui autē ad sinistram frigescat ex
rore noctis. Ideo om̄s qui ingreditur domuz
istam attendat ne digat pro uita mortem
frigus pro calore. Caueant etiā ingrediētes
domū meā hostem qui est in forib;. Ideo h̄at
ductores rationū ⁊ ductorē deum.

Sit ergo domus ista de qua tibi prius dix-
eram sicut ignis qui primū dilatat se in stri-
minib; ⁊ paucito postea inflāmat tectuz et
totā domū tantuz q̄ qui ab extra sūt nesci-
ant anteq̄ tota domus est ignita.

Confortetur domus hec in sp̄u sc̄o. Sicut
helias qui comedens panem ⁊ bibens aquā
ambulabat in fortitudine abi illius quadrag-
inta dieb;. Sic om̄s ingredienti domum
hanc roborentur ⁊ proficiant in qualib; dieta

et accrescat eis spūalis fortitudo, et feruor fidei
et caritatis.

Maneat quoque deus cum ingredientibus do-
mum hanc sicut fuit cum iacob qui solus de
domo patris egrediens. Regressus est cum turba
copiosa, et genuit de se ioseph qui uocatus est
salus populi, quia saluauit populum suum.

Custodiat etiam domum hanc et ingredientes in
eam sicut custodiuit populum suum ne comburere-
tur pinguedine olei, et det diligentibus eam ut ne
pinguedine amoris mundi comburantur, et defi-
ciant uel succumbant ex aduersitate eius.

Fructificent etiam omnes ingredientes domum
hanc sicut granum quod facit fructum centuplum
et sic lechitis olei indue ut proficiant de uir-
tute in uirtute usque uideant deum in beatitu-
dine sua.

Muniatur etiam domus hec muro spūali
custodie tam forti et grandi quod hostis uolens trans-
fodere dicat sibi tempus non sufficere ad fodien-
dum. Nec instrumenta hinc quibus possit ad fun-
damenta uenire, et minus ad ipsum murum.

Respiciat deus domum hanc sicut respexit populum
suum cum educeret eum de egypto ostendens
uiam in die per columpnas nubis, et in igne
per noctem.

Benedicat insuper ingredientes in hanc domum

sicut benedixit aplos suos / 7 me mrem eius tri
 buens nobis spm san / 7 promittens se nobiscu
 manere usq; ad consumatione.

Sit etiam in domo hac una porta per quam
 omnib; liceat ingredi / 7 ingredientes sint de
 ombus filij mei. Quos pater custodiat potetia
 sua / filius dirigat sapientia sua / spe scis infla
 met caritate sua. Ut lupus si in uellere ouis in
 gressus fuerit proficiat omb; ad manus meritum
 7 ipse discedat ad spatium sibi preparatum.

Item mater dei. Scito etiam q; pphē preceptaz
 fuit ondere ppls ingrato descriptiones templi
 destructi quas uidit in spuali uisione. Non q; i
 celo erant corpaha. Sed quia per corpaha spiri
 tuaha intelligunt. et ppls inobediens cognosce
 ret ingratitude suam / 7 resipiscens a malis suis
 prepararet se ad papiendum pmissiones dei. N
 uero priuatus est / 7 pnuabit pmissis dei / et
 persistens in malitia sua noluit mutare uolu
 tatem suaz ad bonum. Ideo etiaz templum non edi
 ficatum est nec erit iperpetuum. Sed in domo ma
 non solum erigentur parietes materiales. Sed 7 aie
 iustoz placebunt filio meo / 7 coplebunt in se spi
 ritualiter descriptiones templi qd' in spu uidit
 propheta dei.

Reuelatio sexta. Super dno

*beate uirgis marie pro constructione monastij
beate bngide ..*

Ego sum qui abrahe precepti ymolare fili-
lum suum. Non quia n̄ p̄sciui obedie
sue bonū sed quia uolum ut uoluntas
sua bona etiā futuris ad ymutandum siliter
ostenderetur. ¶ Sic ego mic a p̄ncipe terre e-
dificari uolo monasteriū in honore m̄ris m-
mee. Ideo ut pct̄a regni minuant̄ peto ad eul-
dem p̄fectionez auxiliū a cōitate non sicut i-
digens qui omnū sum dñs. Sed ut promp-
tudo uoluntatis eoz etiā alijs inotescat
propterea omis ad annos discretionis puen-
ens qui in uirginitate p̄seuerare p̄ponit siue
uir siue femina tribuat unū denariū monete
currentis / similiter qui in uiduitate est. Qui uerō
in cōiugio est tribuat pro se ⁊ uxorē duos de-
narios ad edificationē monasterij m̄ris mee.
¶ Qui uerō filios ⁊ filias h̄t ⁊ puenerint ad ā-
nos discretionis. s. xvi. annoz pro uno quoq;
soluat unū denariū ut in eis caritas ⁊ obe-
dientie fr̄s augeatur. ¶ Religiosi uerō qui se
⁊ sua in dare tenent ⁊ clerici qui fors mea
sunt liberi sint. Similiter ⁊ famuli fientes
imunes sint q̄ ex s̄uore comedunt panem
suum et quia sui uiris non sunt.

Reuelatio septima. Quomodo
predicator non debet cessare a predicatioe

Non p̄s loquit̄. Qui predicant ueritatez
meam debent h̄re uerba simplicia et
pauca in lectione sc̄arum scripturarū
fundata. ut hoies uenientes de longe capere
sufficiant ⁊ non attendent̄ in prolixitate et de
clatione uerboꝝ supfluoꝝ. Nec debent profre
ci torto more adulantū seu subtilitates leoni
tatum sed moderate iuxta capacitatem audi
entū. Quia que ppl̄s simplex non int̄ligit so
let plus mirari quaz edificari. Ideo si est domi
nica predicantes in ista religione proponat
euangeluz diei et eius expositiones bibliam
⁊ ista uerba mea. ⁊ dilectionem mris mee et
sc̄orum meoꝝ uitas patrum ⁊ miracula sc̄oꝝ.
Symbolum fidei remedia quoq; contra temp
tationes et uicia s̄m uniuscuiꝝq; capacitātē
Nam mater mea carissima simplissima fuit
Petrus ydiota franciscus rusticus ⁊ tamen
plus profecerunt animab; qm̄ magri eloq̄
tes qz p̄fctam caritatem h̄uerunt ad anima
Ideoq; qm̄ predicant in eccia nullo modo plus
qm̄ unaz hora mensuratam per utrum con
suetum habeant.

Reuelatio octaua. De tube ⁊

Organa et cetera instrumenta pullandi nullatenus habeat in hac Religione.

Dñs loquitur sponse. Scias quod filij israel carnales erant multa habebant quibus ad deuotionem excitabantur. scilicet tubas et organa et cytharas et alia instrumenta ad laudem dei. Habebant etiam ceremonias et mandata quibus illuminabantur ad cultum dei. Legem quoque acceperunt et iudicia quibus refrenabantur a uicinis et dirigebantur ad agenda. Sed quia iam uenit ueritas que tunc erat presignata in figuris. scilicet ego ipse uerus deus et homo uirginis filius. Ideo dignum est quod in ueritate et toto corde seruiatur michi. Ergo licet bonum et suauiter sit audire talia instrumenta nec bonis moribus contrarium. Nullatenus tamen in monasterio meo talia habentur. Quia ibi debet esse certa deductio temporum. grauitas cantuum suauitatem mentium cultus silentij continuatio uerbi diuini et super omnia humilitas uera et obedientia sine mora.

Reuelatio nona. Quod Abbas si possit eligi et Virgo et Vidua.

Iesus christus loquitur. Dulchra conuictio et decens confederatio est ut uirgo presit

uirginib. Nam inter omnia primatum tenet
 ipsa mundicia carnis et mentis de qua et per
 quam ego deus incarnari uolui. Verum quia
 mater mea uirgo fuit et mater. Sed non ideo
 mater quia cognita uiro sed quia afflata spiritu
 patris et mei genuit me uerum deum et hominem.
 Ideo hic nouus ordo dedicatus est mihi mee.
 Et quecumque preesse debet uirginibus eius neces
 se est et laudabile ut sit uirgo et munda et pro
 bata moribus et in uirtutibus exemplaris. Si uero
 uirgo talis in congregatione non fuerit que offi
 tibus meis implere poterit non displicet mihi
 si onus humilitatis et prelature assumat humiliter
 et probate uite uidua quia acceptior est mihi humi
 lis uidua quam uirgo superba. Et si ergo si placue
 rit deo exaltare humilia et efferre uiduitatem
 ex necessitate non derogat ex hoc laudabili con
 suetudini uirginum quia deus omnia humilia
 exaltare dignatur. Quid enim humilius fuit et
 est mihi mee. Quid uero est quod humilitas perfecta
 non meretur. Propter humilitatem quippe factus
 sum ego deus et dei filius uerus filius uirgis
 Et sine humilitate non est uia in celum ~

Reuelatio decima. Quia Abba
 tissa nunquam eligatur nisi aut uirgo aut uidua

aut coniugata sit

Filius dei loquitur. Licet filius nō portabit iniquitatē patris tamen quia tres ordines sunt qui michi summe placent.

.i. uirginitas. Viduitas et coniugium. Ideo hi tres ordines proferendi et honorandi sunt omnibus. Tum quia magna puritatis et honestatis sunt insignia tum quia mater mea hos tres ordines in se compleuit. fuit enim purissima uirgo ante et post partum. fuit et uera mater et uirgo fuit et uidua post ascensionem meam corporali presentia mea uiduata. Propterea cum eligenda est Abbatissa una que est de aliquo istorum trium ordinum eligatur. Soror uero que est de alio genere quacumque continentis et supereminētis uite sit in Abbatissam non eligatur.

Reuelatio undecima. De benedictione Abbatisse

Deus loquitur. Qui habet officium principis temporalis tenet aliquo designari ut ei ab omnibus obediat et deferatur.

Sic est de Abbatissa quia ipsa habet officium matris mee et uices in terris. Ideo ipsa in signum maioris sollicitudinis et in augmentum gratie spiritualis debet recipere ab episcopo munus

29
benedictionis ut a ceteris discernat et hono-
retur non sua assumptione sed amore mei
et misericordie mee.

Reuelatio Duodecima.

Quo officio debent uti fratres et quo moniale.

Alius dei loquitur sponse dicens. Quia
sacerdotibus etate prouectis difficile est
assueta relinquere et nouis moribus
assueti. Ideo permittit eis cathedralis ecclesie
in cuius diocesi situm est monasterium canta-
re officium. **S**orores uero officium eis constitutum
nullatenus mutare debent. Et ideo decet quod
fratres morem ecclesie cathedralis in cuius diocesi
sunt taliter seruent in dicendo horas et missas
quod si aliquae sint ceremonie speciales que in aliis
ecclesiis non sunt coe ad illa non astringantur.
Et si forte propter plurimum duorum officiorum
in monasterio canentium aliqua moderanda sint
hoc sit in potestate confessoris generalis ipsius monasterii.

Reuelatio tercia decima.

*De duobus mirabilibus privilegiis et donis que
dominus concedit monialibus. .ccc.*

Huius xps filius dei loquitur. Sicut pater
ueret qui filii de conuictione carnis
generat cuius filius quia de eius car-
ne gnatus est. Sic ego deus pater omnium suorum
qui corporum animam infundo et per passionem
meam inspirationes diuine do efficaciam Rege-
nero et rege renouo deformatam. Ergo sicut
ego sum pater omnium eorum qui creati sunt et
regenerati baptismo. Sic pater sum omnium
eorum qui imitantur uiam humanitatis mee et
sequuntur iter mandatorum meorum. **P**ropterea ma-
ria mater humanitatis mee uocari potest et mater
et filia. Mater generatione carnis. filia imi-
tatione uoluntatis mee. Nam similitudo cor-
poris eius relucebat quodammodo in carne mea
Et similitudo uirtutum omnium resplendit per-
fectius in corde et operatione eius. **E**rgo quia
mater mea eligere sibi uult filias quas instruc-
tor et rector ego sum quibus et nouam per te osten-
deram institutionem. Ideo pater earum esse et uo-
cari uolo. Et in huius signum duo specialia pri-
uilegia concedo eis. **P**rimum est quod sacramentum
corporis mei super altare suum iugiter repositum
habeant in uase decenti saphirico. s. uel cris-
tallino ut me quem cotidie specularunt aliena for-
ma feruentius desiderent donec rei ueritate sa-
tiantur. **S**ecundum est quod quae aliquae sororum tali

grauat infirmitate q̄ p̄pter reiectionē nō ua
 let eucaristiam recipere Aut ne nocte sine uia
 tico moriat̄ p̄mitto ego deus omniū ut Abba
 tissa uel cui ip̄a uisserit seq̄te conuentu portet
 uas sacramti ad infirmā oñtendo nō tangē
 to ip̄m dñicū corpus ⁊ dicendo. fides tua p̄
 ficiat tibi ad salutē ⁊ uitam eternam . . .

+

Rñdit dñia Bngida. O dñe infusor totius
 gr̄e ne indigneris si loquor Vere sup̄abundā
 ti largitate te effundis in nos ymo si dici fas
 est prodigus tuus es pre desiderio nr̄i. Quis ū
 qm̄ credere p̄t bonitatē ⁊ dulcedinē tuā tantā
 nisi qui sp̄u tuo inebnatus fuerit. Nam sc̄ptū
 est q̄ illi qui in lege moȳsi tangebant ⁊ uidebāt
 archam sc̄im que designabat corpus tuū mo
 rieban̄. Hunc p̄mittis ⁊ promittis tangere
 te ip̄m qui ueritas es ip̄a quem signa omnia p̄
 mittebant. O quā mundus esse teneretur qui
 sūmo appropinquat. Rñdit dñs. Quid mira
 ris filia si uas appropinquat uasi. Si inq̄ uas
 uirginale appropinquat uasi uideficientis the
 sauri. Sic enī ad introitū arche moȳsi corru
 erūt muri fictiles ⁊ ydolum truncatum est.
 Sic per uirgineaz caritatem sup̄bia dyaboli
 confundit̄ duricia cordis mollescat ⁊ ipuritat̄
 carnis adnichilat̄. Quid enī ei est mirabile
 tangi a uirgine qui etiā de uirgine nasci digē

est. Omnia quippe potest cum deo uirginea caritas si cōiuncta fuerit uere humilitati. Venū tamen ne p̄iudiciū suspicet fieri clero ⁊ aliter sapientib; hanc gr̄am datāz cōmitto moderatū ⁊ potestati prelatorū. Nam nec moyses ⁊ p̄ph̄e sine iudicio ⁊ discussione pontificūz regebant. Sic nec uerba mea p̄cedere debent in lucem sine aucte ⁊ approbatione p̄t̄ificūz quib; cedi potestātē ligandi ⁊ soluendi q̄s qui spernit me ip̄m contempnit.

Reuelatio xiii. Quā Abbatis
la potest loqui in monasterio cum secularib;
et quā sorores uel fr̄s exire p̄nt de monastio.

Alius dei loquit. Abbatisa loqui poterit in monasterio breuiter cū artificibus quā emendanda sunt ruinosā uel aliqua noua facienda. Sed niq̄ aliter loqui in monasterio cum secularib; nisi ad crates nec umq̄ ip̄a exire uel aliqua sororū poterit n̄ forte quā nouū monasteriū construendū est. tūc sorores maturas emittet. Confessor uero poterit exire cum socio pro constitutione regule ⁊ regularib; disciplinis cum superiorib; instituendis. Item pro sedando scandalo ⁊ infamia monasterij si contigerit quod absit.

Ant pro hereticis si necesse fuit ofutandis. Itē
erire poterit si pro utilitate scē ecclie a prelatis
uocatus fuit. Ant qñ talia negotia occurrunt
que p paratores monasterij cōuenientē emen-
dari non pñt.

Reuelatio .xv̄. Qz sorores ⁊ fr̄es
debent in tempore suo legere septem psal-
mos ⁊ letanias.

Huius dei loquit̄. Qualibz sexta feria de-
bent sorores circuire ambitus suos in-
simul legendo septem psalmos quibus
finitis introibunt choruz suū ⁊ pcedente abba-
tissa uel priorissa flexis genibz legant letani-
as. Similiter ⁊ fr̄es faciant circuido ambitus
ecclie. Qui tam diu possunt legere in choro ⁊
suo quousqz ambitus consumati fuerint

His uero diebz debent sorores circuire am-
bitus suos cantando qd̄ inter se statuerunt
una sorore crucem ante eas ferente. s. resur-
rectionis dñi In diebz rogationū. Ascensionis
Pentecostes. Et quiqz solēnitatū bte uirgis
marie. s. Conceptionis. Natiuitatis. Annū-
ciationis. Purificationis ⁊ Assumptionis.
In natali apostolorum Petri ⁊ Pauli. In
die sancti Michaelis. ⁊ omnium sanctoruz

Et fratres similiter fatiant .

Reuelatio .xvi. De dispensatione
et aliqui cum famis ut frangant ieiunium.

14

Filius dei loquitur. Omnis lex diuina ordi-
natur aut propter auiditiam transgredien-
tium comprimenda aut propter petulantiam
lasciuientium restringenda seu propter cog-
nitionem facientium et omittentium. Igitur in omni
lege si peccat quis ex infirmitate et necessitate
importabili dispensationem accipit. Qui uero
uolens seu ex nulla deliberatione peccat iudica-
tur leuius. Qui uero ex industria et assiduitate
nullam recipit excusationem. Simile est de disci-
pulis meis qui quando in carne conuulabar con-
fricantes grana die sabbi et comedentes iudica-
bantur ab ypocritis iudeorum. Quos ego quorum
nouam simplicitatem et infirmitatem excusavi al-
legando exemplum dauid qui in necessitate me
comedit panem sacerdotum quod in lege laycis pro-
hibebatur. Nunc autem ego ipse deus nouam re-
gulam a me formatam. Adus amicus meus in
qua omnis caritas et humilitas et discretio at-
tendenda est. Compassio quoque infirmorum et sa-
norum habenda. Quia omnis lex que in caritate et
humilitate et discretionem non perficitur laudem

non meretur. ¶ Et licet dixerim in regula os
 sanos ieiunare debere statutis tēpōib; tamē etiā
 eis dispensatio negari nō debet si subita in eis
 mutatio acciderit aut infirmitas aut tempus
 laboris cōpassionē requirit. Quod quidem sit
 in manu Abbatisse ⁊ confessionis ⁊ moderatiōe
 illius cui preceptū est ordinare quotiens sanis
 expedit frangere ieiunia aut recipere recreatiō;
 Dispensanduz est ergo cū minutis defectuos
 subita infirmitate areptis ⁊ labore nimio fa
 tigatis. .. ❖

Reuelatio xvij. *Q; fructus ⁊ le
 gumina possint comedere quando ieiunant
 in pane ⁊ aqua. ❖*

Alius dei loquitur. Licet mater mea per
 fectissimā hūit abstinentiaz. Sic tamē
 discrete gubernauit corpus suū ut non
 frangeret aliqua supfluitate uel uiolentia. Et
 licet pharisei ⁊ multi adhuc religiosoz nō u
 tantur uino ppter hoc tamē non appropiquit
 michi quia non hūit continentie fundamētuz
 s. humilitatem ⁊ discretionē. Ideo cum sub
 limiora aliqua pponunt uel picipiunt ponde
 randa ⁊ disant. uida sunt ab infirmis ut non
 fatiant quātum uolunt sed quid expedit ⁊ qd

13

licet. **E**cce enim ieiunare in pane ⁊ aqua
sanis est bonū / sed non sūme bonū / Sūmmum
enī bonū est caritas sine qua non est salus /
sed sine ieiunio panis ⁊ aque omīs saluari
possunt si assit pfectio fidei ⁊ discretionis et
iusta causa. Ergo quia tempa mutata sunt
loca frigida / corpora tepida / ⁊ uasa debilia /
Ideo locator palmitū mitigare poterit alpa
⁊ arrida siccis irrigare. Dermittere potest
fructib; in tali ieiunio uti .

Reuelatio xviij. de quatuor foratib;
mulierib; soroz ⁊ duob;
foratib; homib; fratr;

Ilius dei loquitur. **Q**uanto ego cō
uersabar in mundo cum aplis meis so
lūmodo intendebam lucro animar; quia non
erat consonū nec delectabile simul seruire q̄
nimab; ⁊ mūdo. Ideo fideles uiri ⁊ femine cor
poralia ministrabant qui tam non erant nec
uocabantur apli. Sed erant administratores ⁊
releuatores laboruz seruentium ⁊ assistentium
michi secretius. s. apłozū. Sic est etiaz nūc.
Dixi tibi prius de numero puellar; miris mee
que familiarius alijs ei debent assistere. Quaz
quedā delicatiora habuerant nutrimenta .
alīe infirme ⁊ senes / alīe minus assuete labo

ribus quedam contemplationi diuine magis
intente. Ideo si necessitas et locus requirit
pmitte abbatisse recipere infra porta quatuor
mulieres focarias que curent igne et inferat
ligna et aqua eiciantq; de monasterio imun
dicias et adiuuent in officijs sorores minus
fortes. Que pnt intrare eccliaz et cetera loca
monasterij pp labores. Et sint in loco ubi eis
deputabit iuxta portam ab abbatisa ut sint
parate recipere et inferre in officinas infereda
Non tamen socient conuentu in choro dor
mitono uel refectono. Sed stent extra chor
qn eis uacat et non reficiant ai iuentu. sed in
uant de elemosina soroz aut de prebenda qd
pvidebit eis abbatisa. Et possunt comedere i
stupa post refectione soroz. faciant quoq; o
bedientiaz abbatisse. Et in signu recognitionis
habeant scapulare sine caputio. Et si aliqua i
coquina p manus seculariu inuentabilis facie
da sunt intersit et uideat una focariay uel due
ut nichil contra regulam fiat. **F**ratres simi
liter duos focarios habeant si utile fuit eis et
necessariu. focarij uero dent hñ cucullam sed
mantellu desup tunicam cui assutum sit caputi
um sicut sacerdoti ad cucillaz. Cum uero labo
rant deponant mantellu et habeant pro illo ca
putiu paruū ut alij religiosi quod in circuitu

17
cooperat humeros ⁊ pectus. Deinde hēant balte-
um de conio nigro.

Reuelatio. xix. De balneis pro in-
firmis ac quoq; sanis.

Alius dei loquitur. Legis doctores ⁊ sacerdo-
tes calumpniabantur discipulos meos
q̄ manducauerunt nō lotis manibus.
Quib; ego respondi nō prodesse lotionē carnis
ubi cor mundum. Ergo multū acceptabile est
deo non obest lotio ⁊ cura carnis si causa ius-
ta sit ⁊ rōnabilis. Ideo non p̄hiberi debet etiā
sanis certis temporib; quia etiā sanitas suan-
da est ut nō debilitent. Balnea ergo habeant
quotiens expedit infirmis. Sanis uero semel
in mense uel in duab; septimanis si expedit
saluti.

Reuelatio. xx. De quatuor officia-
lib; sine factorib; qui extrinsecus uiuendo de-
bent exteriora adonastern exercere.

Dūs loquitur sponse. Scriptura aurea q̄
in mundo uocat biblia dicit. Quod moyses
orante pro pp̄lo suo aaron ⁊ socius su-
us sustentabant manus eius q̄ grauabant
in uigī ertensione earum. Sed cur hoc. Nūquid

non deus potuisset fortificasse eum / qui dedit
 ei uirtutē orandi. Notuisset quidem. Sed signus
 fuit illoꝝ hominū qui omibꝫ contemptis soli ad
 herent deo. Et quia humana natura infirma
 est indiget sustentatione. Ideo ut amici dei
 ualeant subsistere ⁊ ne post diuinā cōtemplati
 onē fedarent ip̄ialibꝫ p̄mittunt eis honesta so
 latia exteriora. i. adiutoria alioꝝ quibꝫ adiuti
 robustius assurgant ad diuina. Propterea
 quatuor uiri boni testimonij ⁊ uite ⁊ etatis
 assumant ad curā officiales qui distribuant
 elemosinā ⁊ uestes paupibꝫ. Qui parati sint
 reaperere uerba firmi ⁊ soroz ⁊ responsa reddere
 qui dn̄is ip̄ialibꝫ in negocijs monasterij loqui
 ⁊ deseruire sufficiant ⁊ onera abbatisse releuāe.
Ad hoc autē ut predā fr̄es fiducialius agant in
 cōmissis debent de monasterio uiuere ⁊ partici
 pes esse omnū bonoz sp̄ualiuꝫ que agunt in
 monasterio. Debent eē continent̄ uiuere ⁊ crucē
 rubeam in uestibꝫ prope cor portare in signis
 familiaritatis ⁊ caritatis diuine necnon ⁊ obe
 dientiam in manu abbatisse ⁊ fessōis p̄mit
 tere ad p̄petuam stabilitatem.

Reuelatio. xxi. Q. passio xpi p̄t

Depingi in parietibus ecclesie et de nominibus et numero portarum ecclesie.

Alius dei loquitur. Picture non habent in parietibus ecclesie nisi solus passio mea et sanctorum meorum memoria. Nam frequentes ingredientes ecclesiam dei plus delectantur in uidentis descriptiones parietum quam in meis beneficiis. Igitur ecclesia habet tres portas. **P**rima debet uocari remissionis per quam omnes seculares ingrediantur quia omnes qui contrito corde et uoluntate se humiliant emendandi ingreditur hanc portam habent alleviationem in suis temptationibus fortitudinem ad operandum bona deuotionem in omnibus remissionem peccatorum et cautelam in agendis. Ideo hec porta erit ad orientem quia orientem ingredientibus per eam caritas diuina et lux fidei fortificabitur in eis. **S**ecunda porta uocabitur reconciliationis per quam ingrediantur fratres in chorum suum quia eorum peccatis et fide peccatores appropinquabunt deo regnumque status meliorabitur et mitigabitur ira dei. Ideo hec porta sit ad occidentem quia per eorum orationes in multis occidet et abscedet potestas dyaboli ut non preualeat temptare quantum uelit. **T**ercia porta uocabitur gratie et glorie per quam ingrediantur sorores quia quecumque soror ingreditur hanc portam contrito corde

35
et sola intentione placendi deo. gratia habet in p[er]nitenti-
p[er]ficiendi de uirtute in uirtute. et refrigerium in
temptationibus gloriaque in futuro. Ideo hec por-
ta sit ad aquilonem quia sic a dyabolo pandit omne
frigus malitie et nequitie. sic erit ingrediens
hanc portam abundantiam diuine benedictionis
calorisque spiritus sancti infundet. et ardor diuine caritatis
ad augebitur.

Reuelatio. xiii. Quod tredecim al-
taria debent super tredecim gradibus chorii frater
erigi.

Alius dei loquitur. Dixi tibi prius quod
xiii altaria h[ab]enda sunt in sanctuario
in xiii gradibus secundum inuocationem et infla-
mationem spiritus mei unicuique collata. **P**rimus gradus
et principale altare consecret Petro principi apostolorum
quia ipse fuit primus uocatione et electione primus et
dignitate potatus et quadam similitudine mortis
mee. **A**d dexteram uero altaris principis apo-
stolorum sit primus altare pauli quia licet ipse non
uiderit me consulente in carne. Vidit tamen in
uisione spirituali et ipse perfectius inflamatus fuit
celo animarum et caritate amplius laborabat
unde et nomen et uita et dignitatem sortitus est apostolorum

Secūm altare ad dexterā sit Jacobi zebedei
filij qui per patientiā et ardorē predicatiōnis p̄
mū meruit p̄eaplis glonficari. **T**ertium
altare sit iohannis qui amore castitatis spālē
a me iuenit familiaritatē qua ceteris altius
scripsit euangelicā ueritatem. **Q**uartū altare
ad dexterā sit Bartholomei qui contemptor
diuiciā et amator paupertatis penas patienter
tulit illatas. **Q**uintū altare sit phylippi qui
generatiōne carnis despiciens multos regenera
uit uite eterne. **S**extum altare ad dexterā
sit Thome qui in latere meo p̄fctam cognouit
fidem et in p̄fecta caritate p̄seuerauit. **A**d
sinistram uero altaris principis ap̄lōrum sit p̄
mū altare Andree qui secutus me magrū nō
erubuit ignominia crucis. **S**ecūm altare ad
sinistram sit Mathei qui lucrū relinquēs mūdi
fcūs est magr aiarum. **T**ertū sit altare Ja
cobi Alphaei qui similis m̄ in carne iam quo
dā mō simulatus est m̄ in celo. **Q**uartū al
tare sit Symonis germani eius qui sp̄rnetes
parentes carnis repleti meruit sapientia su
pernoz. **Q**uintū altare sit Thadei qui mū
dicia cordis sui uiriliter dyabolū debellabat.
Sextū altare sit Matthei qui abhominatus
cupiditatem p̄ditōnis mei per uerā hūilitates

meruit locum glorie sempiternae. **N**unc filia
querere poteris quare iohannem et ceteros apostolos de pro-
prie carnis mee non pretuli petro in dignitate
Rideo tibi perfecta caritas est illa ad deum quoniam
homo nichil sibi de se relinquit. Sed ad omnem
virtutum perfectionem se dilatat. Perfecta uero cari-
tas est ad proximum quoniam homo malis facit bona
etiam cum ira exasperat. Bonis uero exhibet me-
liora maxime hijs quos reperit in bonis operibus
meliores. **E**rgo quia petrus feruentior fuit
in caritate et nichil sibi existimabat proprium nisi
quod meum permaneret in eternum. Ideo ut caro prefe-
rat spiritui electus est petrus ad pontificatum.
Quod uero in iohanne maiora signa dilectionis
apparuerunt hoc meruit castitas et futura con-
stantia. Deus quippe ut dilatat dulcedinem bo-
nitatis sue et insinuet caritatem suam quoniamque eli-
git tempore personas propter fidei exaltationem. In
quibus magnificari uult a creatura sua quando
quod more fabi ebetata et frigida ignescit ut in-
firma extollet et superba deiciat ut sic deus ubi
quod gloriatur.

Reuelatio. xxiii. Qualiter edifi-
canda sit ecclesia in Watzstena et sic persequens

per totū ordinem . ❖

ccc ❖

Ilius dei loquitur. Chorus ecclesie debet esse ad occidentē. s. ad stagnū et murus altus ab aquilone a domo laterina iuxta

stagnū usque ad finē curie clericorum. Inter illud murū et chorū sit spatium decem octo ulnarū pro edificando collocatorio, quod unus murus diuidat per mediū in longitudine a choro et ad murū iuxta stagnū. Et in illo locutorio dent fratres et sorores loqui ad inuicē et necesse. Et nulle fenestre sint in illo interstatio inter sorores et fratres ita quod nullus ibi uideri possit ab alio. Item due rote sint in illo muro quales esse solent in monasterio reclusorum.

Chorus clericorum hinc debet .xxij. ulnas in longitudine sub una testudine ab occidentali pariete usque ad summū altare ita quod illud altare sit sub eadem testudine. Clerici stare debent inter summū altare et parietē occidentalem. Testudo uero habebit .xx. ulnas in latitudine. Ille autē paries qui est retro stallas firmus ad aquilonē et uersus sorores habet quique fenestras ad quas sorores faciunt confessiones suas et recipiant corpus domini. Item ipsa ecclesia debet hinc quique testudines in longitudine et tres in latitudine et quelibet testudo sit uiginti ulnarum.

in latitudine et viginti in longitudine. Tres
 uero testudines proxime retro a summo altari
 ad orientem per transversum totius ecclesie addantur ad
 chorum clericorum. Sub tribus istis testudinibus
 debet esse sex gradus in descensu a summo altari
 per transversum ecclesie et quilibet illos graduum super
 se habebit duo altaria ita quod sex sint ad dexteram
 et sex ad sinistram summi altaris. Et quodlibet al-
 tare stet in obliquum ab altero incipiendo a pri-
 mo gradu proximo summo altari ex utraque parte.
 Summus altare habet quatuor ulnas in longitudine
 et duas ulnas cum dimidia in latitudine. Et
 quodlibet aliud altare de illis. xij. habet duas ul-
 nas cum dimidia in longitudine et unam ulnam
 cum dimidia in latitudine. Et inter quodlibet altare
 illorum. xij. debet esse spatium duarum ulnarum. Quilibet uero
 gradus altarium debet habere in altitudine quasi unam
 manus per transversum. ¶ **D**aries ad orientem
 habet duas ianuas sub duabus ultimis testudini-
 bus. Sub media uero testudine nullum sit ostium.
 Et quilibet illarum duarum ianuarum habet sex ulnas
 in latitudine et in altitudine perungant usque ad
 pavementum chori sub pedibus sanctorum. In medio autem
 inter istas duas ianuas fit altare beate uirginis
 huius quatuor ulnas in longitudine et tres in lati-
 tudine. prope parietem ad orientem. Chorus beate

uirginis per circuitū altaris habebit .x. ulnas ī
longitudine ⁊ decem in latitudine ⁊ circuitus
sit gēris ferreis. Unus ambitus debet esse per
circuitū totius eccleie interius iuxta parietes cir-
cumseptus gēris ferreis hīs quatuor ulnas in lati-
tudine intra murū ⁊ gerras. In quo ambitu dici
pōt ambulare ita tñ tantū in altū pretendatur
q̄ non ueniant ad populū laycū. Sup̄ ambas
ianuas per gradus ascendendo erit ingressus ī
chorū bēe uirginis. ⁊ nullū aliud ostium sit ī illo
choro. Nullū etiam pōt esse ostiū in illo ambi-
tu ferreo uel gērato totius eccleie nisi unū tñ.
Et illa ianua sit cōtinue sērata ⁊ clausa ⁊ miq̄
aperiat nisi qñ p̄sona aliqua intrabit religionē
et etiam quoties eps monasteriū uisitabit. Itē
in medio parietis ad meridiem infra ambitū
gēratū sit altare s̄i Michaelis ita q̄ sacerdos
uertat se ad austrū. In medio uero parietis ad
aquilonē sit altare sancti iohannis baptiste ita
q̄ sacerdos uertat se ad aquilonē. Extra ambi-
tum ⁊ crates ferreas in eccleia. s. ubi sunt secula-
res edificanda sunt etiam altaria ubi sacerdotes
peregrini ⁊ seculares possint celebrare. Colūpne
hēbunt .xi. ulnas in altitudine a pavimento ec-
clesie usq̄ ad trabes uel ad arcus testudinis cho-
ri soroz sup̄ quod stabūt sorores ⁊ sub ill' asseribz

figant lamme cupree ne noceat ignis. Colupne
 per pavementū chori sorozū ascendant ita q̄ ha
 beant q̄tuor ulnas uel plus si necesse fuerit in lo
 gitudine a pavimento sorozū anteq̄ inchoant uel
 attingat ad testudines. Om̄s aut̄ testudines sup̄
 chorū fr̄m̄ ⁊ totam eccliaz equalem hēbunt al
 titudinē q̄tam hīc pōt ⁊ nōcē fuerit. Nulla sub
 tilis pictura uel scultura erit in ualuis ecclēsie/
 fenestris parietib⁹ uel columpnis. Sed totum
 erit ex opere plano humili ⁊ forti. Potest tamē
 in parietib⁹ depingi passio mea ⁊ memoria scōz
 meoz. fenestre uitree nō debent hīc colorem nisi
 albū ⁊ glaucū. Ecclia debet edificari de lapidib⁹
 excis a montib⁹ lapideis ⁊ in terra inuentis ⁊
 nō de laterib⁹. Tectum tamē pōt esse bene de late
 ritus sicut ⁊ testudines.




**Reuelatio. xxiii. De locutione
 sorozum ⁊ fr̄m̄ ⁊ alijs edificijs eozum.**


Recit sponsa xpi b̄ta Bugida. Uidi a ma
 gna domo lapidea usq; ad respitem qui
 est ad austrum late uie in qua apparuit
 michi murus longus ⁊ altus Eccliam cui⁹ fū
 damenta ⁊ parietes ⁊ fenestras ⁊ longitudinē et
 latitudinē uidi ⁊ diligētē attendi. Deinde a


cornu occidentali maioris domus. Vidi murum
magnum usque ad sanctuarium ubi michi a spiritu domini
est. Ab isto muro usque ad sanctuarium edificabitur
murus ubi sit locutorum frons in quo sint fenest
re due. i. rote pro colloquendis fratribus et sororibus et
necessariis frons recipiendis. **D**einde a muro qui
ascendebat a cornu domus vidi alterum murum
qui protendebat ad domum lapideam parviam
ubi michi dicebat hic erunt habitacula clericorum.
Deinde a cornu parve domus istius ascendebat
murus qui protendebat ad murum qui stabat
in cespite. Tunc audiui in spiritu. In isto muro e
runt parua prata ubi necessaria frons. s. ligna et
homini recipient et ibi erunt etiam domus pro
infirmis inspiciendis et curandis et iste murus
videbat hic in longitudine quasi ulnas centum
et duodecim. Deinde a similitate muri qui sta
bat in cespite usque ad domum lapideam que est in
orientem a parua domo lapidea vidi murum de
quo michi dominus est. Hic erit locutorum fratrum
cum secularibus. Et ille murus videbat hic in lon
gitudine quasi ulnas centum et octo. Deinde a cornu
occidentali versus aquilonem magne domus la
pidee vidi murum qui circuibat pomerium iuxta
situm aquarum arborum qui murus circuyendo po
merium reflectebatur a cornu orientale magne


domus. Post hec uidi murū ascendente a cornu
orientali qui protendebat directe ad parietem
ecclie. Et tunc audiui in spū. In isto muro erūt
tres domus una decentē edificata ubi epi ⁊ pā
cipes pnt audire sorores. Alia domus erit p nāis
accipiendis. Tertia erit pro infirmis inspiciēdis
⁊ curandis. ¶ Post hec uidi ultra stagnū eccliaz
similē isti cum edificijs suis quā ex omni pāte
circūbat murus longus fortis ⁊ altus. Et tūc
audiui in spū domus ⁊ ecclia que edificabunt
post istam eccliam simili mo edificabitur sic
modo uides. *Laus tibi xpe.* ❖ ❖ ❖


[Faint, illegible handwriting in a ruled section]

































inches

centimeters

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
25.4	50.8	76.2	101.6	127.0	152.4	177.8	203.2	228.6	254.0	279.4	304.8	330.2	355.6	381.0
L*	39.12	65.43	49.87	44.26	55.56	70.82	63.51	39.92	98.42	92.02	82.72	72.06	62.14	51.28
a*	13.24	18.11	-4.34	13.80	24.49	33.43	38.91	44.77	49.99	54.56	58.44	61.69	64.34	66.41
b*	15.07	18.51	4.29	22.85	22.85	17.08	12.71	16.89	14.31	11.81	9.29	6.94	4.81	3.19

16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
40.81	39.89	28.86	17.97	9.50	4.33	30.32	73.50	72.10	29.51	55.60	43.48	42.02	52.85	50.86
L*	39.12	65.43	49.87	44.26	55.56	70.82	63.51	39.92	98.42	92.02	82.72	72.06	62.14	51.28
a*	13.24	18.11	-4.34	13.80	24.49	33.43	38.91	44.77	49.99	49.99	50.74	3.28	49.50	-27.78
b*	15.07	18.51	4.29	22.85	22.85	17.08	12.71	16.89	14.31	11.81	9.29	6.94	4.81	3.19

Dox Williams

M000873

Density → 0.05 0.09 0.16 0.22 0.36 0.52 0.75 0.98 1.24 1.64 1.96 2.38 All values are batch averages

D50 Illuminant, 2 degree observer